BIBLIA LATINA, BD. 2
Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh. Seite 309v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



deus sed semen abrahe apprehendit
Unde debuit per omnia fratribus meis
assimilari ut misericors fieret et fidelis
pontifex ad deum ut repropiciaret
delicta populi. In eo enim in quo passus est
ipse et temptatus. potens est et eis qui
temptatur auxiliari. III

Unde fratres sancti uocationis
celestis participes estis consi
derate apostolum et pontificem con
fessionis nostre ihesum qui fidelis est
ei qui fecit illum sicut et moyses in omni
domo illius. Amplioris enim glorie iste pre
moyse dignus habitus est quanto ampli
orem honorem habet domus is qui fabri
cauit illam. Omnis namque domus fa
bricatur ab aliquo. Qui autem omnia
creauit deus est. Et moyses quidem
fidelis erat in tota domo eius tamquam
famulus in testimonium eorum uerborum
que dicenda erant. xpus uero tamquam
filius in domo sua que domus sumus
nos si fiduciam et gloriam spei usque ad
fidem firmam retineamus. Qua propter
sicut dicit spiritus sanctus. Hodie si
uocem eius audieritis nolite obdu
rare corda uestra sicut in exacerba
tione secundum diem temptationis in
deserto ubi temptauerunt me patres uestri
probauerunt et uiderunt opera mea. Quadra
ginta annis propter quod offensus
fui generationi huic et dixi semper hi er
rant corde. Ipsi uero non cognouerunt
uias meas quibus iuraui in ira mea
si introibunt in requiem meam. Vi
dete itaque fratres ne forte sit malicia
uestrum cor malum incredulitatis
discedendo a deo uiuo. Sed ad horta
mini uosmet ipsos per singulos dies do
nec hodie cognominatur ut non obdu
retur quis ex uobis fallacia peccati. Par
ticipes enim cristi effecti sumus si tamen
initium substancie eius usque ad finem
firmum retineamus dum dicitur.
Hodie si uocem eius audieritis nolite
obdurare corda uestra quemadmodum
in illa exacerbatione. Quidam enim
audientes exacerbauerunt sed non uniuersi
qui profecti sunt ab egypto per moy
sen. Quibus autem offensus est quadra
ginta annis. Nonne illis qui peccaue
runt quorum cadauera prostrata
sunt in deserto. Quibus autem iura
uit non introire in requiem ipsius
nisi illis qui increduli fuerunt. Et
uidemus quia non potuerunt intro
ire in requiem ipsius propter increduli
tatem. Timeamus ergo fratres. Ne forte IIII

Relicta pollicitatione introe
undi in requiem eius existimetur
aliquis ex uobis de esse. Et enim et uo
bis nunciatum est quemadmodum et illis
Sed non profuit illis sermo auditus
non admixtus fidei uerborum ex his
que audierunt. Ingrediemur enim
in requiem nos qui credididimus
quemadmodum dixit. Sicut iura
ui in ira mea si introibunt in requiem
meam. equidem operibus ab institutione
huius mundi perfectis. Dixit enim
in quodam loco de die septima sic et
requieuit die septimo ab omnibus
operibus suis. Et in isto rursum.